



198.

THESES

DE EMPTIONE ET
VENDITIONE.

Quas

D. A. O.

Præfide

1613, 3.

CLARISSIMO ET CONSVL-
tissimo viro, Domino Casparo Bitschio, J. U.
D. & in inclyta Argentoratensium Acade-
mia Professore celeberrimo, Præceptore
suo plurimum honorando,

Publici exercitii gratia Cal. Maij hora locoque
solitis pro ingenij sui tenuitate defendere
conabitur

MATTHÆVS BERNER ARGEN-
toratensis.



ARGENTORATI,

Excudebat CONRADUS SCHER,

Anno M. DC. XIII.



297
AMPLISSIMIS, CONSVLTISSI-
MIS, ATQVE PRÆSTANTISSIMIS
VIRIS.

- Dn. FRANCISCO RUDOLPHO, *Ingolst.* Inclytæ
Argentoratensium Reip. XIII viro.
Dn. MATTHÆO MUEGIO, J. U. D. Illustrissimi Prin-
cipis Electoris Comitiss' alatini ad Rhenum con-
siliario.
Dn. SEBASTIANO LEYTERSBERGERO. J. U. D.
eiusdem Argent. Reip. consiliario & advocato.
Dn. GEORGIO MUEGIO, ibidem civi primario.
Dn. ERNESTO HEUSIO, J. U. D. Summi Capituli
apud Argentoratenses consiliario.


Propatri, Avunculis, Cognatis, Patronis
& Fautoribus suis, omni observantia
perpetuò colendis.

*Hoc quaecumq; studiorum suorum
tyrocinium*

In observantiæ debitæ testimonium
Humiliter
Offert & dedicat

Matthæus Berner R.

THESES IVRIDICAE DE EMPTI- ONE ET VENDITIONE.

 Vm emptionis venditionis contractus omnium ferè non solum vetustissimus, sed etiam in Republ. & frequentissimus & utilissimus videtur, operæ pretium duximus, de ea theses aliquas exercitij gratia proponere.

I.

Sciendum itaq; est, vocabula emptionis & venditionis variè sumi: 1. propriè pro speciali negotio à cæteris distincto (a) 2 Pro quacunq; acquisitione & alienatione earum rerum, quæ sunt in commercio (b) 3 Latissimè & metaphoricè pro acquisitione & amissione etiam earum rerum, quæ non sunt in commercio. (c) Metonymicè pro instrumento emptionis. (d)

(a) t. t. ff. C. & Inst. de Contrah. empt. & tt. ibi aliquot seqq. l. 5. ff. de just. & jur. l. 1. §. ult. l. 7. §. 1. ff. de pact. l. 1. in pr. ff. de estim. act. l. 49. §. 3. ff. de leg. 3. l. 2. pr. ff. de O. & A. in pr. Inst. de oblig. ex con. (b) l. 8. §. 11. ff. quib. mod. pign. l. 29. in. f. ff. de statulib. (c) Plant in Trinum.

Nam ego talentum mutuum

Quod dederam, talento inimicum emi, amicum vendidi.

Horat. 1. Epist. 2.

Sperne voluptates, nocet empta dolore voluptas.

(d) l. 2. C. quæ respign.

II.

Propriè vero sumpta emptio venditio definiri potest: Contractus juris gentium (a) nominatus (b) bonæ fidei (c) solo consensu initus (d) quo id agitur, ut emptori rem (e) dato certo pretio (f) habere liceat (g) vel brevius: Est contractus de re certo pretio habenda.

(a) l. 7. §. 1. ff. de pact. l. 5. ff. de just. & jur. l. 1. §. ult. ff. de contrah. empt. §. 2. Inst. de Iur. nat. gent. & civ. Unde deportati emere & vendere possunt, leg. 15. ff. de interd. & deport. ut omnes alios juris gentium

697
cōtract pagare. l. 17. §. ult. ff. de poen. (b) d. l. 7. §. 1. ff. de pact. l. 1. §. 2. ff. de
rer. permut. (c) l. 5. 8. C. de rescind. v. d. l. 3. ff. eod. l. 6. §. ult. l. 48. 50. ff. de
act. empt. l. 2. C. eod. l. 7. C. si quis alt. vel sibi. l. ult. C. de edil. edict. (d) in
pr. Inst. de oblig. quæ ex cons. d. l. 1. §. ult. ff. de cōtrah. empt. d. l. 3. ff. de re-
scind. vend. l. 1. ff. locat. l. 1. §. 2. ff. de rer. permut. l. 2. in pr. ff. de O. & A.
l. 35. §. ult. ff. de U. O. (e) l. 8. in pr. & §. 1. ff. de cōtrah. empt. l. 11. §. 2.
ff. de act. empt. d. l. 1. in pr. ff. de rer. permut. (f) d. l. 11. §. 2. ff. de act.
empt. d. l. 1. pr. ff. de rer. permut. l. 2. §. ult. ff. de cōtrah. empt. l. 9.
C. d. r. in f. pr. Inst. de Empt. & vend. (g) d. l. 11. §. 1. l. 30. §. ult. ff. de
act. empt.

III.

Differt à permutatione multifariam: Consensu (a) Re (b)
& pretio (c)

(a) Qui in illa sufficit ut substantiam capiat obligatio, sicut ex
Th. præced. lit. D. constat, in hac vero etiam rei traditio requiritur, l.
1. §. 2. ff. de rer. permut. l. 3. C. eod. (b) Quæ aliena vendi potest,
l. 11. §. 2. ff. de act. empt. non vero permutari d. l. 1. §. 3. ff. de rer. per-
mut. (c) Quod in illa à merce dignoscitur in hac vero non d. l.
1. in pr. ff. de rer. permut. l. 1. in pr. & §. 1. ff. de cōtrah. empt.

IV.

Et contrahitur solo consensu, (a) etiam inter absentes, per
nuntium vel literas, (b) modo uterque consentiat (c)

(a) per ea quæ dicta sunt supra. th. 2. lit. D. (b) l. 1. §. ult. ff. de
cōtrah. empt. pr. Inst. de oblig. ex cons. l. 2. pr. ff. de pact. (c) l. 31. 55.
ff. de O. & A.

V.

Unde nemo invitus emere vel vendere cogitur (a) nisi ob
justam causam, veluti religionem (b) vel publicam utilitatem
(c) vel libertatem (d) vel consuetudinem (e) vel ultimam vo-
luntatem, (f) vel communionem (g)

(a) l. 11. 13. in f. l. 14. C. de cōtrah. empt. l. 5. C. de O. & A. l. 16. C. de
jur. delib. l. 70. ff. de rei vind. l. 9. ff. rer. amot. (b) l. 12. in f. pr. & §.
ult. l. 14. in pr. & §. 1. ff. de relig. & sumpt. fun. (c) l. 1. §. 11. ff. off. præ-
fect. urb. l. 14. in f. ff. quem adm. serv. l. 2. C. pro quib. caus. serv. §. ult.
Inst. de his qui sunt sui. l. 2. ff. eod. (d) l. 1. pr. §. 1. 2. C. de comun.
serv. man. (e) l. 13. §. 1. ff. comun. præd. (f) l. 49. §. 8. ult. ff. de leg.
1. §. 4. Inst. de leg. (g) l. 13. §. 17. ff. de act. empt. l. 3. C. comm. divid. l.
34. §. 2. C. de donat.

Cum

VI.

Cum vero hi qui errant, consentire non videantur (a) Sequitur ut emptio nulla sit, si vel in corpore, vel in substantia si-
ve materia rei (b) vel etiam in sexu fuerit erratum [c]

(a) l. 116. in f. ff. de R. l. l. 15. ff. de iurisdic. l. 2. in pr. ff. de iud. l. 20. ff. de aqua & aq. plu. l. 8. 9. C. de jur. & fact. ignor. (b) l. 9. in pr. & §. 2. l. 14. in f. l. 41. in f. ff. de contrah. empt. l. 34. in pr. ff. de acquir. poss. Neq; usucapi potest pro emptore illa res in qua sic fuerit erratum l. 2. §. 6. ff. pro empt. (c) l. 11. §. ult. ff. de contrah. empt.

VII.

Aliud est si erretur in qualitate (a) vel in nomine (b)

(a) l. 10. 11. in f. l. 14. ff. de contrah. empt. l. 11. §. 5. l. 21. §. 2. ff. de act. empt. (b) l. 9. §. 1. ff. de contrah. empt. Error enim nominis nihil officit veritati. l. 4. Cod. de testam. leg. 17 in pr. & §. 1. ff. de condit. & demonstr.

VIII.

Vendi insuper possunt res omnes (a) etiam incorporales (b) exceptis ijs, quæ vel naturâ vel jure gentium vel moribus civitatis commercio sunt exemptæ (c)

(a) l. 34. §. 1. ff. de contrah. empt. (b) ut hereditas vel actio rubr. & 1. ff. & C. de hered. vel act. usufructus l. 8. §. ult. ff. de peric. & commod. l. 12. §. 2. l. 37. l. 38. ff. de usufruct. l. 11. §. 2. in f. ff. de pign. & hypoth. l. 48. §. 6. ff. de adil. edict. §. 1. Inst. de usu & habit. Servitus. l. 6. §. ult. ff. com. prad. l. 29. ff. de servit. prad. rust. l. 3. §. 2. l. 6. §. 5. ff. de act. empt. l. 16. ff. si serv. vind. l. 10. ff. de evict. (c) d. l. 34. §. 1. ff. de contrah. empt.

IX.

Quales sunt: homo liber (a) res furtiva (b) sacra, religiosa, publica (c) & quæ testamento alienari est prohibita in personæ alicuius favorem (d) hereditas viventis (e) venenum, quod nullo modo adiectione alicuius materiæ utile esse potest (f) res litigiosa (g) domus, ut destruat (h) res immobilis vel mobilis preciosa pupilli vel minoris, non accedente decreto magistratus. (i)

(a) leg. 6. in pr. leg. 70. ff. de contrah. empt. ne quidem sub con-

F. de
F. de
in
re-
A.
2.
act
9.
de

b)
ex
r, l.
est,
er-
l. l.

er
de
55.

ob
m
o-
de
f.
-
r.
n.
r.
1

ditione, cum servus erit. leg. 34. §. 2. ff. d. t. leg. 1. 6. §. ultimo ff. ad l. Fab. de plag. l. 15. Cod. eod. (b) l. 34. §. 3. ff. de contrah. empt. leg. 2. 5. Cod. de furt. leg. 23. C. de rei vind. §. 2. Inst. de usucap. [c] leg. 6. pr. l. 22. 73. in pr. ff. de contrah. empt. l. 3. l. 21. Cod. de S S. Eccles [d] l. 2. C. de usuc. pro empt. l. 114. §. 14. ff. de leg. 1. l. 69. §. 3. ff. de leg. 2. [e] leg. 1. 7. ff. de hered. vel act. quæ nec donari potest leg. 2. §. ultimo ff. de his quæ ut indign. leg. 29. §. ultimo ff. de donat. neque pactis transferri leg. ultima Cod. de pact. l. 5. C. de pact. convent. tam supr. dot. [f] l. 35. §. 2. ff. de contrah. emp. multò minus necandi hominis causa l. 3. pr. & §. 1. ff. ad L. Corn. de sic. [g] l. 2. ult. in pr. ff. de litig. [h] l. 52. ff. de contrah. empt. ne publicus aspectus deformatur. l. 2. C. de adif. priv. [i] t. t. C. de prad. & reb. al. min. l. 22. C. de admin. tut.

X.

Sed si quis ignorans talem rem emerit, eatenus emptio intelligitur [a] ut habeat actionem ex empto adversus venditorem ad id quod interest. (b)

(a) l. 4. 70. ff. de contrah. empt. (b) l. 62. §. 1. ff. d. t. Quod etiam obtinet, si in qualitate emptor erraverit. l. 21. in pr. & §. 1. 2. ff. de act. empt. leg. 1. §. ultimo leg. 4. in pr. leg. 6. §. 4. leg. 13. in pr. & §. 1. 3. 4. 6. ff. cod.

XI.

Porrò vendere regulariter quivis potest, cum id ex genere permissorum sit. Non tamen pupillus sine tutoris auctoritate (a) vel minor sine curatoris consensu, (b) pater & filius nisi certis casibus (c) maritus & uxor donandi causa (d) prodigus cui bonis interdictum est, (e) furiosus (f)

(a) leg. 27. ff. de contrah. empt. leg. 13. §. 29. ff. de act. empt. l. 5. §. 1. ff. de auct. & cons. in pr. Inst. eod. (b) leg. 48. §. 1. ff. de min. l. 3. C. de in integr. (c) sc. sibi invicem leg. 2. pr. ff. de contrah. empt. leg. 14. §. 3. ff. de in diem addict. (d) leg. 38. in f. ff. de contrah. empt. . 17. in pr. ff. ad Sct. Vell. leg. 5. §. 5. leg. 7. §. 6. leg. 32. §. 25. ff. de donat. int. vir. (e) leg. 26. ff. de contrah. empt. Cum tradere non possit leg. 6. ff. de V. O. ob interdictam ei deminutionem leg. 10. in pr. ff. de cur. fur. [f] Cum careat consensu, l. 2. C. de contrah. empt. l. 40. ff. de R. I. nullumq; negotium contrahere possit l. 5. ff. d. t. l. 8. ff. de spons. l. 16. ff. de rit. nupt. l. 16. in. f. l. 17. ff. de testam.

Hinc

XII.

Hinc quæritur: An emphyteuta jus suum vel meliorationes five ἐμπονήματα in scio domino possit alij vendere? Quod negamus.

Per leg. ult. Cod. de jur. emphyt.

XIII.

Sedan donare alteri vel legare, aliove modo jus emphyteuticum vel meliorationes in alium impunè transferre possit emphyteuta, non requisito vel expectato domini consensu magis controversitur: Et licet in utramque partem sint rationes nec leves nec paucæ: affirmativam tamen sententiam d. l. 3. C. de jure emphyteut. magis esse consentaneam existimamus.

XIV.

Perfecta venditione, omne id, quod ad rem venditam pertinet tempore contractus, eam sequitur.

leg. 40. §. 1. leg. 47. 48. 49. 78. in pr. ff. de contrah. empt. leg. 13. inf. leg. 38. inf. ff. de act. empt. leg. 3. §. ultimo ff. de servit. præd. rust. Ideoq; equo vendito, ephippium, frænum, & cætera eius ornamenta emptori non debentur, si biduo ante venditionem, non autem in ipsa venditione ornatus fuerit equus. l. 38. in pr. & §. 11. ff. de adil. edict.

XV.

Unde distractis ædibus, omnia ea distracta videntur, quæ quasi pars ædium & propter ædes habentur [a] vel quæ perpetui usus causa in ijs sunt [b] quæq; ita affixa in ædificataq; sunt ut partes ædificiorum esse videantur [c] quamvis longè extra ea excurrant, [d] ve etiam ex ijs sint detracta, ea tamen mente ut reponantur. [e]

[a] leg. 13. §. ultimol. 14. 15. 17. in pr. & §. 3. 8. 9. leg. 18. in pr. ff. de act. empt. l. 40. §. ult. l. 76. in pr. l. 78. in pr. ff. de contrah. empt. [b] leg. 17. §. 7. ff. de act. empt. l. 242. §. ultimo ff. de V. S. [c] leg. 21. 26. ff. de instruct. & instrum. [d] leg. 15. ff. de act. empt. [e] l. 17. §. 10. leg. 18. §. ultimo ff. de act. empt.

XVI.

Sic fundo vendito fructus pendentes emptori cedunt, [a]

A †



tanquam pars fundi (b) & quaecunque in eo terra se tenent (c) vel inde exempta sunt ea mente, ut collocentur, (d) servitutes item fundo debitæ. (e)

(a) leg. 3. §. 1. in f. leg. 13. §. 10. ff. de act. empt. leg. ultima §. 6. ff. qua in fraud. cred. leg. ultima ff. de jur. fisc. leg. 21. v. quemadmodum ff. de hered. vel act. vend. (b) leg. 44. ff. de rei vind. (c) leg. 17. in pr. ff. de act. empt. (d) leg. 17. §. ultimo ff. de act. empt. (e) leg. 12. ff. comm. pred. l. 23. §. 2. ff. de servit. pred. rust. l. 3. C. de servit.

XVII.

Alia ratio est thesauri in fundo vendito defossi, is enim cum nullius sit, conceditur occupanti.

l. 31. §. 1. ff. de acquir. rer. dom. observata tamen distinctione §. 39. Inst. de rer. divis. & l. un. C. de thesaur.

XVIII.

Quod si res ante perfectam venditionem in rerum natura esse defierit, Emptio non valet.

[a] leg. 15. in pr. leg. 57. in pr. ff. de contrah. empt. quia nulla emptio sine re esse potest. leg. 8. in pr. ff. d. t. idem est si eiusdem generis pluribus rebus simul venditis una aliqua illarum interierit l. 44. ff. de contrah. empt. l. 34. in pr. ff. de edil. edict.

XIX.

Valet tamen si fructus vel partus futuri, [a] vel spes aut alea ematur [b] etiamsi postea nihil extiterit.

[a] leg. 8. in pr. leg. 39. §. ultimo. leg. 78. §. ultimo leg. 80. §. 2. ff. de contrah. empt. l. 25. ff. de act. empt. [b] d. l. 8. §. ult. ff. de contrah. empt. l. 11. §. ult. l. 12. ff. de act. empt.

XX.

Pretium huius contractus certum esse [a] & in pecunia numerata consistere debet [b] non autem in arbitrium contrahentis reijci [c]

[a] §. 1. Inst. de empt. & vend. [b] §. 2. inst. de empt. & vend. l. 1. §. 1. ff. de contrah. empt. l. 7. C. de rer. permut. [c] l. 7. in pr. l. 35. §. 1. ff. de contrah. empt. l. 13. C. eod.

XXI.

An autem uno nummo emptio fieri possit, quæritur: Quod negandum putamus, Quia unus nummus non est pretium [a] sed

sed imago & similitudo pretij (b) E. etiam venditio uno num-
mo facta, imaginaria est (c) & similitudo venditionis (d) ac
proinde pro non facta est, (e)

(a) *l. 10. in fin. ff. de acquir. poss. l. 46. ff. locat.* (b) *Caius. lib. 1. Inst. t. 6. §. 4.* (c) *l. 16. ff. de R. I. §. 6. inst. quib. mod. Ius patr. pot. l. ult. C. de emanc. lib.* (d) *Caius. d. §. 4.* (e) *l. 55. ff. de contrah. empt. l. 12. ff. de aqua & aq. pluv. l. 54. ff. de O. & A. l. 21. C. de transact. l. 10. C. de pign. distract.*

XXII.

Licet autem naturaliter contrahentibus sese invicem in pretio faciendo circumvenire, ut quod pluris sit, minoris ematur, & quod minoris sit pluris vendatur.

l. 16. §. 4. ff. de min. l. 22. §. ult. ff. locat. l. 8. C. de rescind. vend.

XXIII.

Est deniq; emptio venditio, vel pura, vel conditionalis:

(a) Pura simul atque de pretio fuerit conventum substantiam capit. (b)

(a) *§. 4. Inst. de empt. & vend.* (b) nisi placuerit, ut in scriptis fieret venditio. *in pr. Inst. de empt. & vend. l. 17. C. de fid. instrum.*

XXIV.

Conditionalis non nisi existente conditione perfecta censetur.

l. 7. in pr. l. 37. ff. de contrah. empt. l. 8. in pr. ff. de peric. & com.

XXV.

Cui similis est venditio earum rerum, quæ pondere, numero, mensura constant, quæ licet pure facta, perficitur tamen tum demum, cum res illæ adpensæ, adnumeratæ, admensæve fuerint.

l. 35. §. 5. 6. 7. ff. de contrah. empt. l. 1. §. 1. ff. de peric. & comm.

XXVI.

Inde periculum & commodum rei venditæ, in pura, statim emptoris est, (a) in conditionali vero (b) ut & in cæteris rebus, distinguimus.

(a) *§. 3. inst. de empt. & vend. l. 5. §. ult. ff. de rescind. vend. l. 7. in pr. l. 8. in pr. l. 12. 14. §. ult. ff. de peric. & comm. l. 2. §. ult. ff. de in diem add. l. 13. §. 14. 18. ff. de act. empt. l. 12. 13. C. eod. l. 1. 5. C. de peric. & comm.*
Dummodo damnum illud citra venditoris dolum culpamve la-

tam aut levem contigerit. *dd. ll.* (b) Si pendente conditione res tota extincta fuerit periculum venditoris. *l. 8. in fin. pr. ff. de peric. & comm.* Si deterior facta emptoris est *d. l. 8. in fin. pr.*

XXVII.

Perfecta sic venditione emptor pretium venditori dare debet, id est, dominium in eum transferre (a) idq; cum usuris à tempore rei traditæ ceu moræ. (b)

(a) *l. 1. in pr. ff. de rer. permut. l. 8. 12. C. de contrah. empt.* (b) *l. 5. 13. C. de act. empt. l. 13. §. 20. ff. eod. l. ult. ff. de peric. & commod. l. 18. §. ult. ff. de usur. l. 2. C. eod. l. 5. C. de pact. int. empt.*

XXVIII.

Venditorem vero rem tradere, & de eviçtione cavere sufficit.

l. 1. pr. ff. de rer. perm. l. 25. ff. de contrah. empt. l. 11. §. 2. ff. de act. empt.

XXIX.

Vacuum tamen eius possessionem tradere tenetur. *l. 12. C. de probat. l. 13. C. de distract. pign.* Quia id agi debet, ut dominium transeat ad emptorem, *l. 80. §. ult. ff. de contrah. empt.* Quod tamen non fit, nisi tradita possessione. *l. 20. ff. de acquir. rer. dom. l. 1. §. 1. ff. de acquir. poss. Ea; vacua. l. 2. §. ultim. l. 3. in princ. ff. de act. empt. l. 18. §. 2. ff. de acquir. poss.* Aliàs venditor jus omne penes se retinet, *l. 8. C. de Act. empt.*

XXX.

At nihil interest sive pretium solutum, sive eo nomine satisfactum, vel fides de eo habita fuerit.

l. 19. l. 53. ff. de contrah. empt. l. 38. §. 2. ff. de liberal. caus. §. 41. Inst. de rer. divis.

XXXI.

Nullo horum interveniente, emptor ad rem tradendam agere non poterit,

l. 13. §. 8. ff. de act. empt. l. 8. C. eod.

XXXII.

Cui aliàs ex empto, venditori vero ex vendito ad implendum contractum & consequendum id, quod interest actio competit. *In princ. Inst. de Emp. & vend. l. 11. in pr. l. 13. §. 19. & passim. t. t. ff. & C. de Act. empt.*

Non

XXXIII.

Non vero venditor rem præcisè tradere tenetur.
l. 1. in pr. l. 11. §. 9. ff. de act. empt. l. 4. 12. C. eod. l. 17. C. de fid. instrum.

XXXIV.

Et si arrharum nomine aliquid intervenit, à perfecta venditione, sub earum quoq; dispendio recedere non licet.
Arg. l. 28. ff. de act. empt. l. 41. 42. ff. pro soc.

XXXV.

Sed si dolus huic contractui accesserit, rescindendus est.
l. 5. 8. C. de rescind. vend.

XXXVI.

Si deniq; ultra dimidiam pretij læsus fuerit venditor, emptor cogitur vel rem traditam restituere, vel id, quod deest justo pretio, solvere.

l. 2. C. de rescind. vend.

XXXVII.

An autem beneficium *d. l.* etiam ad emptorem pertineat controvertitur. Pro affirmativa pugnabimus.

XXXVIII.

Coronidis loco quæritur; An jus Retractus juri civili Justiniano sit cognitum & probatum? Quod negamus.

Ex l. 14. C. de contrah. empt.

F I N I S.



32

DEUTSCHLAND
VON
1871

DEUTSCHLAND

DEUTSCHLAND

DEUTSCHLAND

DEUTSCHLAND



Strapberg, Diss., 1693-22

ULB Halle

3

005 303 01X



V17







B.I.G.

Farbkarte #13

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

198.

NE ET
NE.

1613, 3.

CONSVL-
Bitschio, J. U.
nsium Acade-
Præceptore
ndo,

ora locoque
defendere

ARGEN.

ATI,

SCHER,